

Aristotelis Folio lxxvii

vel subtrahita unitate de necessitate variat species. similiter in quantitate continua remota vel ad dita aliqua pre quantitate quocumque pura separatur species quantitates continue sub ratione mensure quia fit ibi inaequalitas. et talis semper est in diversis speciebus.

¶ Unus numerus est maior alio. et unus corpus maius alio. similiter etiam una linea est maior alia. et tamen sunt quantitates. quod quantitas suscipit magis et minus. Dicendum quod unus numerus est bene maior alio. et unus corpus maius altero nominaliter et extensive. non tamen est una quantitas magis quantitas quam alia aduerbially et intensive. Pro quo nota differentiam talem. quia maius et minus attenditur secundum maiorem et minorem additionem priorum quantitates que acquiruntur per augmentaciones et diminuciones. sed magis et minus dicitur intentione et remissione forme secundum magis et minus est in subiecto radicata quod magis vel minus eandem formam participat. Et si dicatur quantitas secundum esse quantitates magis et minus proficitur quod suscipit magis et minus intensive. antecedens probatur quia habet perfectius esse in quaternario quam in ternario. Dicendum licet quantitas proficitur magis et minus proficitur in esse diversarum specierum. eo quod una species est perfectior alia. non tamen potest magis et minus proficitur in proprio esse unius speciei. sicut albedo que rades secundum speciem habet perfectius et imperfectius esse in subiecto.

¶ Quantitas est terminus motus successive acquiribilis. quod suscipit magis et minus aduerbially. antecedens patet de quantitate respectu augmentacionis. sequentia probatur quod terminus motus qui successive acquiritur secundum situm esse suscipit magis in fine motus quod in principio vel medio. Ad id ad probationem sequentis quod vera est si talis forma quod motum terminat potest intendi et remitti. et si non tunc non potest suscipere magis et minus. sic autem est de quantitatibus. saltem patet quod quantitates per accidens bene possunt suscipere magis et minus.

¶ Ubique reperitur maximam et minimum ibi reperitur magis et minus. sed in quantitate reperitur maximam et minimum. quod est. Minor probatur quod entia naturalia ex parte quantitates sunt ad maximam et minimum determinata primo philosophico. Dicendum quod tale maximam et minimum in quantitate reperitur presupponit maius et minus secundum extensionem et capacitatem maiorem vel minorem. sed non magis et minus inter

sue. Et per hoc soluitur argumentum. quantitas comparatur grammaticaliter ut patet per donatum quod suscipit magis et minus. negatur sequentia quia ad grammaticalem comparationem sufficit quod ad quod susceptio maioris et minoris secundum extensionem. et sic etiam magnam et parvam probantur posset tamen dici quod comparatio conveniat eis in quantum sunt qualitates iuxta intellectum proprius datur.

¶ Superficies est quantitas. et tamen suscipit magis et minus. probatur quia habet quod ad quod in se albedinem secundum esse intensum et quod ad quod secundum esse remissum. Dicendum quod superficies suscipit magis et minus subiective. quod est subiectum quo illo et que intenditur et remittitur non in formaliter quod ipsa in suo esse non proficitur neque remittitur.

¶ Proprium autem maxime quantitatis est quod equale et inaequale dicitur singulariter eorum que dicte sunt quantitates et equale dicitur et inaequale. ut corpus equale et inaequale. et numerus equalis et inequalis dicitur. et tempus equale et inaequale similiter autem et in alijs que dicte sunt singulariter. et equale et inaequale dicitur. In ceteris vero que quantitates non sunt non multum videbitur equale et inaequale dici. Namque affectio equalis et inequalis non multum dicitur. sed magis similis. et album equale et inaequale non multum habet simile. quare quantitatis proprium est equale et inaequale dici.

¶ Hic philosophus ponit ultimam proprietatem quantitatis dicens quod maxime proprium quantitatis est secundum eam equale vel inaequale dici. quod omnis quantitas autem est alteri quantitati equalis vel inequalis. quod probatur inductively quia corpus autem est equale vel inaequale alteri corpori. unus numerus est equalis vel inequalis alteri numero. et tempus autem est equale aut inaequale alteri tempore. et sic est in omnibus alijs quantitatibus. ut ceteris vero que non sunt quantitates non multum videbitur equale vel inaequale dici. quod affectio non dicitur equalis vel inequalis alteri affectioni. sed potius dicitur alteri similis. sicut album unum non dicitur equale vel inaequale alteri albedo. sed magis simile. Et illis philosophus concludit quod quantitatis proprium est equale vel inaequale dici. quia provenit omni soli ut in omnibus.

An ij.